



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XLVII. Matrimonium contractum coram Episcopo & testibus de jure
sustinetur, quamvis in dispensatione Apostolica demandatum esset, ut
contrahentur coram Parocho & testibus, & quid si ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

ipso nolente est validus, & tenet, cum solemnitates sint inductæ ad favorem minorum ex allegatis in fine decisionis, quæ revidetur, & ratificatio ejusdem Simoni inducta ex lapsu quinquenni post majorem ætatem una cum solutione fructuum eiusus excludit ea omnia, quæ possent opponi ad destruendum contractum.

Ex quibus cum validitas, & iustitia immisionis concessæ D. Rinuccino teneat abunde justificata, merito fuit illi concessa manutentio, prout in alia decisionibus quæ utraque parte informante fuit confirmata.

DECISIO XLVII.

Matrimonium contractum coram Episcopo & testibus de jure sustinetur, quamvis in dispensatione Apostolica demandatum esset, ut contraheretur coram Parocho & testibus, & quid si matrimonium fuisset celebratum in loco exempto à jurisdictione ipsius Episcopi, an requiratur licentia Parochi?

R. P. D. GHISLERIO.

Tullen. Matrimonii.

Veneris 26. Junii 1648.

SUMMARIUM.

- | | | | |
|---|--|---|---|
| 1 | Remissoria ut concedatur an sit necessarius sumus probationis. | 4 | Remissoriam quando Rota nunquam solet denegare, & nam. seg. |
| 2 | Equalitas in iudiciis servanda est, & si unus sit admissus ad probandum, alter quoque admitti debet. | 7 | Probationes de stylo Rote congruaria non debent. |
| 3 | Aktor & Reus ad imparia non debent iudicari. | 8 | Matrimonium contractum ante dispensationem ob impedimentum consanguinitatis est nullum, & an, & |

quomodo convalidari possit.

9. Consanguinitatis impedimentum divini-
mens matrimonium remanet subla-
tum ex dispensatione obtenta.
10. Parochus est obligatus sub poena pec-
cati mortalis retinere librum, in quo
describat matrimonia.
11. Remissoria non potest concedi ad pro-
bandum matrimonium, saltem donec
probetur de perditio libri Parochi ad
hunc effectum retenti.
12. Matrimonium licet probari debeat per
librum Parochi ad hunc effectum re-
tenti, bene tamen probari potest etiam
per testes.
13. Probatio quæ etiam de facili haberi po-
test per testes, quando non sit coangu-
standa ad scripturas.
14. Remissoria ad hoc, ut concedatur super
eo, quod de facili per scripturam pro-
bari potest, quid sufficiat.
15. Probationes per testes admittuntur su-
per eo, quod in scripturis continetur.
16. Matrimonium à præsumptione coadjuvatur ex
longæva cohabitatione conjugum.
17. Matrimonium etiam probatur solum-
modo per depositiones testium.
18. Decisio individualis excludit omnem
disputationem super regulis univer-
salibus.
19. Leges & autoritates in specie dum ad-
sunt, absurdum est ab eis discedere
propter regulas generales.
20. Episcopus non ardeatur à Sacro Conci-

- lio tenere librum in quo describat
matrimonia coram ipso contracta.
21. Matrimonium probari debet per exhi-
bitionem libri Parochialis, & si in eo
non fuerit adnotatum, probari potest
per testes.
22. Parochi incuria non debet præjudicare
conjugibus.
23. Matrimonium non adnotatum in libro
Parochi, potest probari per testes.
24. Matrimonium contractum coram E-
piscopo & testibus de iure sustinetur,
licet in dispensatione Apostolica de-
mandatum esset ut contraheretur cor-
am Parocho & testibus.
25. Episcopus in sua diocesi est Ordinarius
& intervenire potest matrimonio uti
Parochus.
26. Episcopus in sua diocesi dicitur Paro-
chus.
27. Episcopus in celebratione matrimonii
habetur loco Parochi.
28. Matrimonium contractum coram E-
piscopo, etsi non sit adnotatum à Pa-
rocho, sustinetur, & probari potest per
testes.
29. Matrimonium celebratum coram E-
piscopo in loco exempto, an pro illius
validitate requiratur licentia Parochi.
30. Exemptio à jurisdictione ordinari non
comprehendit curam animarum.
31. Metus reverentialis in materia matri-
monii excluditur ex longæva cohabita-
tione conjugum.

Placuit Dominis attentâ relevantiâ articulorum concedere remissoriam Sere-
niss. D. Nicolæ Ducissæ Lotharingæ ad probandam validitatem matrimonii
contracti cum Sereniss. D. Carolo Duce Lotharingæ, & ad reddendum nul-
lum

lum successivum matrimonium ejusdem Serenissimi Ducis, cum Excellentiss. D. Beatrice de Cantacroa admisa ad causam vertentem inter supradictos Sereniss. D. ces, pro suo interese in statu & terminis; quia verlamur in profanis, & causa matrimonii etiam si sit spiritualis & fori ecclesiastici, ad effectum Remissionis reputatur profana, juxta opinionem quam Rota servat, & concutitur sumus probationis ex attestacionibus super matrimonio noviter contracto post dispensationem, ac ex illis & attestacione Vicarii generalis Episcopatus Tullen. super dicto matrimonio; licet sumus non sit necessarius ex allegatis in decisione in hac eadem causa pro Serenissimo Duce sub die 18. Martii superioris anni, & quemadmodum Serenissimo Duci fuit concessa Remissoria, ut servetur aequalitas in judiciis, venit pariter concedenda Serenissimae Ducissae ex titulo, quod quisque juris Sec. Rot. decis. 529. numer. par. 2. recent. Et coram Sanc. mem. Gregorio XV. decis. 581. numer. 1. Et segg. ubi terminis, quod si unus fuit admittus ad probandum, non potest idem alteri designari: ibique Adden. numer. 7. nam Actor & Reus non debent ad imparia judicari. cap. in iudicio de reg. jur. in 6. Rota d. decis. 581. numer. 2. Et 3. Gonzal. ad reg. juris in decis. 163. numer. 1. Et ibi Adden. numer. 10. coram Sanc. mem. Gregorio XV. decis. 581. numer. 4. ibique adden. numer. 6. coram eod. Et in Ferrarien. pensionis 4. Julii 1646. Romana Secret. de Rotignis 15. Novemb. ejusdem anni. Et Capriana decimarum 26. Junii 1647. coram me. ad quod faciunt in simili allegata in eadem causa Tullen. nunciata matrimonii die 18. Martii 1647. & alibi passim. Rursum ea venit concedenda, quae irreparabile ex defectu probationum, quae juxta stylum coangustati non debentur illdem rationibus adductis in d. decis. 18. Martii 1647. §. confusus.

Relevancia articulorum resultat ex eo, quia Serenissima Ducissa inter alia intendit probare, quod post obtentam, & hilari animo à conjugibus receptam dispensationem Apostolicam propter impedimentum consanguinitatis impeditivum matrimonii, fuit celebratum solemne matrimonium in facie Ecclesiae in Palatio Ducali per manus D. Episcopi Tullen. in praesentia multorum Procerum & aliorum, non reclamante Rectore Ecclesiae S. Georgii proprio Parocho Palatii Ducalis, quo probato, etsi matrimonium ante dispensationem contractum, ob impedimentum consanguinitatis esset nullum, validum fuit ut ex nunc ex novo consensu post dispensationem in facie Ecclesiae praestito, & exclusa remanet nullitas dicti matrimonii per Sereniss. Ducem praesentia, cum remaneat sublatum impedimentum consanguinitatis ditimens matrimonium ex dispensatione obtenta, ut nor. DD. in cap. super eo de cond. appos. ubi Abb. numer. 8. Gutier. Canon. quest. lib. 1. cap. 22. numer. 17. Et segg. Rota coram Manica decis. 201. numer. 4. Et coram Baratto decis. 203. numer. 7. cum aliis adductis in Hispanen. Sponsalium 6. Martii 1637. coram bon. mem. Cocino Et 11. Februarii 1639. coram Eminentiss. Panzioso.

Non obstat, quod cum matrimonium in vim dispensationis Apostolicae contractum possit probari per scripturas, quoniam ex dispositione S. Concilii Tridentini cap. 1. sess. 24. de reformat. Parochus obligatur retinere librum, in quo describat matrimonium, & quidem sub poena peccati mortalis Barboza super eod. capit. 1. num. 163. non potest concedi remissio, saltem donec probetur verisimilis ejusdem libri deperditio juxta decis. Pucci 356. num. 4. lib. 2. in correct. Et decis. Rot. in Barchinonen. Parochialis seu Vicaria 13. Junii 1644. coram R. P. D. meo Corrado §. praterea Et §. vel §. vera. Quia licet Parochus sub poena peccati mortalis teneatur retinere librum & in eo annotare matrimonia. Sanchez, de matrim. lib. 3. disp. 15. num. 22. non inde tantum sequitur matrimonium probari non posse per testes, prout de jure probari potest, cap. super eo il. 2. ubi Dd. de testib. Caputaquen. decis. 205. par. 2. Seraphim. decis. 1099. num. 2. & cessante calumnia in materia praesertim tam gravi & praesudiciali juxta de- cisionem in Turrisiana honorum coram Francisco Ubaldo de qua per Addent. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 253. num. 3. Et in Leodien. Castrorum 17. Maji 1630. coram bon. mem. Motimanno. justificatio, quae etiam per testes haberi potest, non est coangustanda ad scripturas, & ad hoc ut Remissoria concedatur etiam super eo quod de facili per scripturam probari potest, sufficit, quod aliqui ex articulis datis non nisi per testes probari possint. Rota in Leodien. Abbasatus 4. Julii 1642. coram me. neque est notandum, quod admittantur probationes per testes super eo, quod in scripturis continetur, ut in d. Leodien. Abbasatus coram me. Rot. apud Cas. de Grassis decis. 1. in fine de dilation. Et decis. 196. num. 5. Et 6. par. 6. recent.

Cessat autem omnis suspicio calumniae cum ex supra deductis detur maximus sumus materiae attulatae, junctâ longæva cohabitatione ubique notoriâ conjugum, quae multum coadjuvant praesumptionem matrimonii in vim dispensationis contracti. Cas. de Grassis decis. 1. num. 4. qui fil. sint legit. Rota decis. 71. num. 5. Et seq. par. 1. recent. sed quod tollit omnem difficultatem, Rot. in alia Tullen. matrimonii 14. Novemb. 1575. coram sel. record. Clemente VIII. decis. 26. par. 1. divers. in puncto matrimonii admittit solummodo probationem per depositiones testium, quae decisio cum sit individualis, quia agebatur de matrimonio contracto in alia Tullen. excludit omnem disputationem super regulis generalibus juxta dictum Rotam in decis. 543. num. 1. in fine par. 1. divers. quod cum habeamus leges & auctoritates in specie, est absurdum ex regulis generalibus discedere.

Ultra quod sacrum Concilium Tridentinum loquitur de matrimoniis contractis coram Parocho, hoc verò contractum fuit coram Episcopo, qui non arctatur à Concilio tenere librum, & sicuti posset matrimonium probari per exhibitionem libri Parochialis, si in eo adnotatum fuisset, ita esto quod non fuerit adnotatum, probari potest per testes, cum in eua Parochi non debeat praesudicium inferre conjugibus, ut in praecis terminis tradit Gratian. discept. 653. num. 63. Et seq. nec la-
crum

- 23 cum Concilium in invalidat matrimonium, sed simpliciter disponit, quod Parochus habeat librum in quo describat matrimonia, prout contrahuntur, cum die, mense, anno, testibus & loco contractus, ideoque non est deneganda probatio per testes allegatis.
- 24 Minus facit quod in dispensatione Apostolicâ demandatum fuerit, quod matrimonium de novo contraheretur corâ Parocho & testibus: quia illa verba, coram Parocho, non excludunt, quin ipsius loco celebrari poterit matrimonium coram Episcopo, cum verba rescripti recipiant interpretationem à jure, & de jure sufficiat assistentia Episcopi. Nam Episcopus in suâ diocesi est Ordinarius, & intervenit in matrimonio ut Parochus. *Spin. in spec. testam. Gloss. 15. num. 38. Cered. quest. 30. num. 45. Sancti ubi sup. lib. 3. disp. 28. per tot. quem sequitur Gutier. eod. tract. cap. 66. per tot.*
- 25 & qui ibi in diocesi dicitur Parochianus Episcopi. *Sanchez. d. disp. 28. num. 11.* in quod cum dicta celebratio facta fuerit per D. Episcopum Tullen, qui uti Parochus habetur in hoc actu, & est Parocho superior, quia regit totam diocesim, ut finit *Sanchez.* potest esse, quod matrimonium de quo igitur, descriptum non fuerit probari per testes.
- 26
- 27
- 28

Non obstat quod dispensatio Apostolica non probetur per testes, quia non articulatur qualitas & substantia dispensationis, quæ exhibita fuit in actis à Procuratore Serenissimi Ducis, sed articulatur usus & acceptatio dispensationis & matrimonium subsequutum & consummatum in vim illius, quod bene potest probari per testes et supra deductis.

- 29 Nec facit, quod cum Ecclesia S. Georgii, Capella, & Parochia Palatii Ducalis esset exempta à jurisdictione dicti Episcopi Tullen, ad validitatem matrimonii esset necessaria vel licentia Parochi dicti Palatii, vel ejus presentia & assistentia, quia appellatione Parochi non potuit venire Episcopus, cum nullam haberet jurisdictionem in loco exempto; quia ponderato privilegio Joannis dato Constantia 14. Kalend. Aprilis sui pontificatus anno quinto, apparet exempta Ecclesia S. Georgii, in qua progenitores Caroli Ducis Lotharingæ & quamplures alii Procetres sui Ducatus elegerunt sepulchrum, & Præpositus, Canonici, Vicarii perpetui, & Capellani ac Clerici, nec non bona, res, jura & pertinentia eximuntur ab omni jurisdictione, dominio, potestate, correctione, visitatione Archiepiscopi Treverens. Episcopi Tulen, & aliorum quorumcunque ordinariorum judicum, & immediate subiacentur Sedi Apostolicæ, sub tali exemptione non venit cura animarum, & multò minus populus sub eadem Ecclesia & Parochia degens, de quo privilegium non loquitur ad *Text. in cap. cum Capella. vers. quocirca de privileg. Lap. alleg. 139. num. 12. & 13. & 174. dicit Calderin. in consil. post d. allegationem Lapi. num. 20. usque ad finem cum aliis pluribus cumulatis per Rotam decis. 324. numer. 6. par. 1. recent. & in Rossanen. exemption. 17. Junii*
- 30



Junii 1647. §. fin. coram R. P. D. meo Carillo. & quamvis matrimonium non fuerit
contractum coram Parocho juxta formam d. dispensationis, sat est pro validitate
fuisse contractum coram ordinario, qui ex supra dictis pro Parocho habetur, & est
Parocho superior, & ex scientia & patientia ejusdem Parochi articulata in tertio ar-
ticulo inducitur consensus ipsius, quatenus esset necessarius.

Posita itaque relevantia tertii articuli conceden. est remissoria super omnibus
articulis, quia primus, & secundus continent, quod matrimonium non fuit consum-
matum per copulam ante dispensationem Apostolicam, tertius continet implemen-
tum conditionis quod matrimonium fuerit solemniter de novo contractum in fa-
cie Ecclesie per manus Domini Episcopi Tullen. in presentia multorum Procerum,
& aliorum. Quartus denique concernit, quod post secundam solemnitatem & cele-
brationem dicti matrimonii suprascripti Serenissimi Duces instererunt, vixerunt, &
ad consummationem, & copulam carnalem simul devenerunt, ex qua longa coha-
bitatione pretenditur exclusus metus reverentialis à Serenissimo Duce articulatus
R. P. coram bon. mem. Buratt. decis. 628. num. 7.

Et ita utraque parte informante fuit resolutum pro concessione Remissoria.
Præcedens decisio quæ ad punctum exemptionis Capelle Ducalis confirmata fuit sub die
15. Januarii 1653. coram R. P. D. Albergato ut in sequenti particula decisionis

301. par. 11. recent,
Minus efficit, quod matrimonii solemnia non à proprio Parocho, sed à Domino
Episcopo Tullen. perfecta fuerint, quia illius presentia, de qua deponunt plures te-
stes, omnem, si quis adesset, supplet defectum, etiamsi foret casualis, & fortuita. Glo-
sæ, conf. 59. num. 11. lib. 1. Boss. de matrim. cap. 3. num. 6. Guittier. eod. Tract. cap. 69. nu-
10. Sanchez. ubi supra d. lib. 3. disp. 39. nu. 11. Bonaccini. de sacram. matrim. quest. 2. punct.
8. num. 18. Ceval. comm. controv. quest. 604. num. 66. Barbof. de offic. & potest. Paroch.
par. 2. cap. 21. num. 50. de offic. & potest. Episcop. d. alleg. 32. num. 88. Rota coram Seraph.
d. decis. 1099. sub num. 5. coram Buratto decis. 713. num. 10. decis. 124. num. 17. par. 7. re-
cent. & in Vlixbonen. Matrimonii 16. Novembris 1622. coram bon. memor. Patriarcha
Manzanedo. Cessatque difficultas, quia Ordinarius uti Parochus Parochorum,
quemadmodum animadvertit decisio super Remissoria edita 26. Junii 1648. coram Re-
verendissimo Terracinen. iud. potuit hujusmodi munus obire, juxta dispositionem
facti Concilii Tridentini dicta sess. 24. cap. 1. de reformat. Sanchez de matrim. lib. 3. dis-
put. 28. num. 1. Pont. eod. Tractat. lib. 3. cap. 10. num. 5. Boss. ubi supra cap. 4. §. 18. num. 49.
Lairman. lib. 5. Tract. 10. par. 2. cap. 4. vers. adde. 3. Ugolini. de offic. & potest. Episcop. cap.
15. §. 10. num. 2. Barbof. eod. Tract. de alleg. 32. num. 117. & de iur. Eccles. univ. lib. 1.
cap. 27. num. 89. Esto quod Capella Ducalis ab ejus jurisdictione dicatur exempta,
exemptio enim ut patet ex lectura, Præpositum, Canonicos, & bona ejusdem Eccle-
siæ dumtaxat respicit, non autem comprehendit curam animarum, nec populum
sub

sub eâ degentem ad Text. in cap. cum Capella, vers. quo circa de privil. Lap. alleg. 11
 num. 13. Tambur. de jur. Abb. disput. 15. quest. 7. num. 54. Chokier de jurisdic. in exam.
 par. 1. quest. 13. num. 4. L. Otter. de re benef. lib. 1. quest. 24. num. 112. cum seqq. & signum
 num. 118. Rota coram Seraph. decis. 1058. numer. 6. coram Penia decis. 462. num. 13. in
 cent. decis. 324. num. 6. part. 7. & in Rossanen. exemptionis 7. Junii 1641. coram
 rendissimo Salamantino, & illa etiam de jure communi liberat tantum à lege dicitur
 sanâ, quæ consistit in recipiendo Cathedralico, decimis, & similibus, non autem à leg.
 jurisdictionis circa subministracionem sacramentorum versantis, Chokier. ut supra
 par. 1. quest. 16. num. 1. & par. 2. quest. 45. num. 12. Bellericin. de Charit. subsid. quest. 21.
 & 29. quæ propterea in subditos, extra propriam quoque diæcesim exerceri possunt.
 Bonacc. de sacram. matrim. d. quest. 2. puncto 8. num. 13. & 14. Coniuc. eod. Tractat. de
 put. 27. num. 22. Sanch. d. lib. 3. dispnt. 19. num. 19. cum aliis congestis per Barbof. de offic.
 potest. Parochi par. 2. cap. 21. num. 58.

Ad Quæst. 17. & 19. *Additio.*

DE exemptionibus regularium latè vid. Pagnan. in cap. Quod super his num. 20.
 & seqq. de majori. & obed. & in cap. Tuarum num. 10. & seqq. de privil. ubi pro-
 bat privilegia omnium ferè regularium locum habere etiam in tribus cali-
 bus exceptuatis in cap. Volentes de privil. in 6. De fratribus & sororibus tertii Ord.
 nis idem agit in cap. Nullus. numer. 66. & seqq. de foro comp. & in cap. Omnis unusquisque
 num. 64. de penitent.

Circa oblatos verò hodie attendendum est decretum Concilii Tridentini cap.
 11. sess. 24. de reformat. quod ad hoc ut oblati religionum gaudeant exemptionis pri-
 vilegio ultra oblationem plenariam requirit actuale servitium ipsius religionis, in in-
 terminis oblatorum sacræ Religionis Hierosolymitanæ declaravit sacra Congrega-
 tio, cujus declarationes recensentur à Barbofa de jure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 44.
 & vid. Rot. decis. 100. num. 17. & 18. par. 11. recent.

Ad Quæstion. 25. *Additio.*

EXemptum habentem jus sibi ab alio non exempto cessum posse suo privilegio
 uti, verius est inspecto jure communi, dummodo cessio bonâ fide & sine
 fraude facta fuerit latè Roderio. de ann. redit. lib. 3. quest. 4. numero 43.
 Cancor.